K 500751B

N.VII.γ

DR. ERNST DARMSTAEDTER
No. 1405
COLLECTION

7103

Q. D. B. V.

DISSERTATIO CHEMICO MEDICA

DE

CINNABARE FACTITIA VULGARI, CINNABARI NATIVÆ ET ANTIMONII NON SOLUM ÆQUIPARANDA, SED ET PRÆFERENDA.

QUAM

SUB AUSPICIIS DIVINIS

PRÆSIDE

DN. JOHANNE BOECLERO,

PHIL. ATQUE MED. DOCT. CHEMIÆ BOTAN. RELIQUÆQUE MATER. MED. PROF. PUBL. ORD. CAPIT. THOMAN. CANON.

IN ALMA ARGENTORATENSIUM UNIVERSITATE

AD D. 27. MARTII A. MDCCXLIX.

H. L. Q. C.

SOLENNI ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIET

JOHANNES GOTHOFREDUS STROEHLIN,

ARGENTORATENSIS.

ARGENTORATI,

Typis MELCHIORIS PAUSCHINGERI, Typogr.

4[illegible]

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

B483695

VIRO

MAGNIFICO, NOBILISSIMO,

AMPLISSIMO ATQUE CONSULTISSIMO

DOMINO

DANIELI FRIDIO,

JURIS-CONSULTO CONSUMMATISSIMO,

ILLUSTRIS COLLEGII TREDECIMVIRALIS ASSESSORI SPLENDIDISSIMO,

ECCLESIÆ PALÆOPETRINÆ ARCHIPRESBYTERO VENERANDO,

SUO E SACRI BAPTISMATIS FONTE SUSCEPTORI OMNI PIETATIS CULTU PROSEQUENDO,

PATRONO

ATQUE

FAUTORI

MAXIMOPERE COLENDO

DISSERTATIONEM
HANCCE MEDICAM,

IN DEBITÆ REVERENTIÆ AC OBSERVANTIÆ TESTIMONIUM ULTERIOREMQUE SUI COMMENDATIONEM, EA, QUA PAR EST, ANIMI SUBMISSIONE,

OFFERT ET CONSECRAT

TANTI NOMINIS

DEVOTISSIMUS CULTOR

JOHANNES GOTHOFREDUS STROEHLIN,

ARGENTORATENSIS.

B. C. D.

IMpedimentorum, augmento Doctrinæ de Materia Medica obſtantium, haud infimum eſſe Opinionem, quivis æquus rerum arbiter nobiscum facile agnoſcet, nec minus dolebit. Inde enim graviſſimus, præter alios, error, ut, intér ejusdem generis & farinæ Medicamenta unum, tanquam inutile imo noxium plane atque venenoſum, ad orcum quaſi detrudatur; altero, ceu ſummis viribus corruſcante, maximis encomiis ad ſidera usque evecto: cum tamen, recta Ratione atque Experientia, genuinis illis & unicis omnis ſolidæ ſcientiæ Medicæ fontibus ac fulcris, rite conſultis, vanitatem amati præjudicii, quin & ejus contrarium ſæpiſſime ultro agnoſcere, ſi modo veritati litare velimus, inviti etiam quaſi cogamur. Triſte hocce, inter alia, CINNABARIS FACTITIA VULGARIS ſubiit fatum. Huic quippe magni licet aliâs nominis Medici ſingularem quandam malignitatem, ab Arſenicali, ut putant, adhærente veneno; aut, ut, memorante SCHULZIO *Theſ. de Mater. Med. p.* 78. quidam ſuſpicantur, Arſenico rubro à Venetis, Miniove à Batavis admixto, profluentem, adſcribunt proptereaque ex uſu Medico interno non ſolum, ſed & externo ut & Officinis Pharmaceuticis

 plane

plane exulare jubent. Alii namque, & quidem qui moderatius adhuc ſentiunt, vel Eidem uſum Medicum externum tantum in Lue ♀ea, ad Suffimigia, Emplaſtra, Unguenta, Suctiones cum fol. Nicotianæ, præeuntibus Casp. Hoffmanno *Paralipom. S. III. C. LIX.* Frid. Hoffmanno, *Clav. Pharmac. Schrœderian. L. III. C. XV.* §. *LVIII.* & Hermanno *Cynoſ. Mater. Med. T. I. p.* 85. *a* aſſignant; vel referentibus G. W. Wedelio *E. N. C. D. I. A. III. p.* 148. Valentini *Muſ. Muſ. p.* 96. nec non B. Parente *in Not. ad l. c. Hermanni*, mulierculis ad fucum, non ſine pulchritudinis & ſanitatis detrimento, faciendum, ſeplaſiariis, pictoribus, ſutoribus (unde & nomen Germanicum Mahler- oder Schuſter-Zinnober) aliisque Mechanicis relinquunt; quin & ad mulo Medicinam ablegant; vel denique ad commodionem ☿ij transportationem & reſuſcitationem commendant. Alii autem longe acrius contra hanc 🜓em inſurgunt, uti Sennertus, qui *Prax. L. VI. P. VI. C.* 18.; nixus duabus hiſtoriis, à *Fernelio de Lue* ♀*ea c.* 7. & *Schenckio Obſerv. L.* 7. recenſitis, eandem venenorum fortiorum numero adſcribit atque ☿🝞ato corroſivo æquiparat eademque ex illa aſſumpta ac ex hoc ſequi ſymptomata perſuaſus ſimilem quoque curationem proponit. Proſcripta ſic atque damnata 🜓e fact. vulg. ſolam 🜓em Nativam aut etiam ♁ialem pro uſu Medico ſeligunt maximisque & viribus & laudibus ornant ac celebrant, quærentes in iis 🜍 quoddam purius & ☉are atque in poſteriori 🜍 🜖ol. Anodynum, vel 🜍 ♁ii ⊖ibus corroſivis exaltatum, aut regulinas quasdam ♁ii particulas admixtas. Uti cum Frid. Hoffmanno *l. c.* Filio *ejus Diſſ. de* 🜓*e* ♁*ii*, Schulzio *Triga Cinnabriorum*, Tilingio 🜓 *miner. Scrutin.* ingens Medicorum

corum & Chemicorum ſentit turba, quod teſtimonia LANGII *Lect. de Mat. Med.* STAHLII *Fund. Chem.* HOFFMANNI *Obſ. Phyſ. Chem.* NEUMANNI *Prælect. Chem. & tr. de ☿io*, JUNCKERI *Conſp. Therap. Gen.* CARTHEUSERI *Pharmacol. plurimorumque aliorum* confirmant. Maximam hanc innocentiſſimæ 🜓 fact. vulg. illatam injuriam vindicare & *Cinnabarem Factitiam Vulgarem Cinnabari Nativæ æque ac Antimoniali, quoad uſum Medicum, non tantum æquiparandam, ſed & præferendam eſſe*, pro exercitio Academico hiſce pagellis exponere animus eſt. Integram 🜓um hiſtoriam conſignare anguſtia pagellarum vetat; ea tamen quæ ad ſcopum adpoſita videbuntur, ex illa proferemus. Deus T. O. M. conatus ſecundet. B. L. iisdem faveat.

§. I.

Cinnabaris nomine hodie à Medicis & Chemicis inſigniri ſubſtantias illas metallicas, ſolidas, ponderoſas, plus minusve rubicundas ac ſplendentes, è ☿io & 🜍e conflatas, ſaporis odorisque expertes, noto notius eſt.

§. II.

Diſtinguere autem ſolent 🜓em, ratione cauſæ efficientis, in Nativam & Factitiam.

§. III.

🜓 Nativa, quæ & *Mineralis* (quamvis minus adæquate, cum ſic à factitia itidem mineralis indolis haud accurate diſtinguatur) melius *Foſſilis, Naturalis*, aliàs etiam *Minium Dioſcoridis veterumque Græcorum, Anthrax, Sandix*; Germanis Natürlicher-Ge-

grabener-Berg-Zinnober; Gallis *Cinnabre Mineral ou Naturel* audit, ab ipſa Natura in ſuo laboratorio, ex ☿io & 🜍e, caloris ſubterranei ope, elaboratur inque plurimis Europæ Regionibus, Hiſpania, Gallia, Italia, Germania, præſertim Bohemia & Carinthia, Hungaria, Suecia, nec non in America, ut & Japonia è terræ viſceribus, diverſarum, ratione coloris, formæ, gravitatis &c. ſpecierum, pro diverſitate locorum & corporum admixtorum eruitur. Inter quas Hungaricam, licet ſine ratione præferunt. Seligenda interea fruſta majora, denſiora, puriora, nullis, vel haud adeo multis, heterogeneis partibus remixta, coloris rubri rutilantis ſplendentis. Quæ tamen 🜓, antequam in uſum Medicum trahatur, repetita plus vice ſimplici 🝞one ac lotione ab heterogeneitatibus prius probe repurganda eſt.

§. IV.

🜓 factitia ex connubio ☿ii & 🜍is per 🝞onem Chemicam arte conficitur, unde & Artificialis dicitur. Duplex autem hæc præprimis eſt pro ratione 🜍is vel communis vel ♁ii, quod ejus compoſitionem ingreditur. Studio namque hic præterimus 🜓es illas ☉is, ☾æ, aliorumque Metallorum, ſiquidem hæ vere tales non ſunt ob defectum completi 🜍is in metallis, nec, utpote nimis pretioſæ in Officinis proſtant, ſed Experimenti gratia tantum à Chemicis præparantur, &, ſi etiam in Officinis aſſervarentur, tamen præ tribus communibus ſpeciebus 🜓is, nihil peculiare poſſiderent. *v. de his* POTTII *Diſſ. de* 🜍*ibus metall. p. 9. ſeq.*

§. V.

Illa itaque, quæ ex ☿io & 🜍e comm. elaboratur,

tur, Cinnabaris Factitia Vulgaris, vel κατ᾽ ἐξοχὴν 🜓 Factitia, 🜓 Officinarum Artificialis, 🜓 Vulgaris; Germanice Gemeiner-Gemachter-Mahler-Schuſter-Zinnober; Gallice *Cinnabre Artificiel ou Vermillon* vocatur. Hanc caſui, dum ☿ium mediante 🜍e in ☉ convertere tentarunt Alchemici, originem debere aſſerunt inventionisque gloriam Calliæ cuidam Athenienſi, aſt judice WEDELIO *l. c.* ſine fundamento tribuunt, rectius forſan cum PICO MIRANDULA *L. 2. de ☉o c.* 10. Bulcaſi Arabi adſcribendam. Licet autem hæc 🜓 ab Anglis, Batavis & Venetis in copia conficiatur ac in alias regiones ſub diverſis ſpeciebus transmittatur; optime tamen & facile ubivis etiam æque bona, ordinarie ſequente methodo, vix non ab omnibus Chemicis tradita, præparari poteſt. ℞. ☿ii vivi bene depurati p. iij. vel iv, 🜍is comm. vel quod melius, Florum 🜍is p. j. Ex his conficiatur Æthiops mineralis vel cum, vel ſine 🜂e s. ἄπυρος. Prior quidem 🜍i in vaſe argillaceo marginis repandi paulo altioris, leniſſimo 🜂e fluenti, ſenſim infundendo ☿ium atque bacillo ligneo, aut fiſtula tabacaria agitando, donec omnis ☿ 🜍i penitus permixtus maſſaque nigricans ponderoſa inde facta fuerit; poſterior vero, dum ☿ cum 🜍e ſola tritura in mortario lapideo vitreove absque 🜂 concurſu miſcetur ita, ut tandem ♅ nigricans evadat. ♅ hic Cucurbitæ anguſtioris colli vel phiolæ vitreæ, maſſa vero illa ♅iſata, ſi volupe eſt, cucurbitæ vitreæ loricatæ aut 🜃eæ indantur illaque B. A. profundius, hæc 🜂i aperto committantur. Poſtea 🜂e primum leniore, ſucceſſive ad ſummum usque gradum intenſiore reddito ♎atio inſtituatur, qua poſt aliquot horas peracta, vaſe refrigerato & fracto, maſſa compacta, ad latera & ſuperiora vaſis adhærens, exterius nigreſcens, eximatur,

ab impuritatibus nigricantibus liberetur, ℨiſetur, lavetur & exſiccetur, ſic obtinebitur ℨ coccineus 🜓 factitiæ vulgaris nomine veniens, quæ, ſi nondum ſatis pura & rubicunda exiſtit, aliqua adhuc ♎one rectificetur rurſusque ℨiſata, lota ac exſiccata ſervetur ad uſum.

§. VI.

Hac 🜓e F. V. non contenti Chemici aliam ad ejus imitationem excogitarunt, ex ☿io & 🜍e ♁ii conficiendam, quæ ideo 🜓 ♁ii, Spießglaß-Zinnober, Cinnabre d'Antimoine appellatur. Communiſſimus, inter varios, in plurimorum Chemicorum Scriptis occurrentes, modus hic eſt. ℞. ♁ii Hung. ☿♎ati corroſivi ana, vel, quod rectius, illius p. j. hujus p. iij. ſubtiliſſime ℨiſata in mortario lapideo aut vitreo exacte commiſce. Immitte 🝭æ vitreæ, vel etiam 🜃eæ loricatæ, 🜂i aperto dein exponendæ, pone 🝭am profundius in B. A., applica recipiens vas & poſt aliquam 🝭æ incaleſcentiam commiſſuras vaſorum luta. Poſtea 🜂e provide & ſenſim per gradus aucto ♎onem inſtitue. Sic primo ita dictum Butyrum ♁ii partim in excipulum deſtillabit, partim in collo 🝭æ coagulabitur, caute applicatis carbonibus ardentibus liquefaciendum, quo pariter in receptaculum deſcendat, nec cum damno collum 🝭æ obſtruat. Remoto hoc recipiente alius mox, in hunc finem paratus, applicetur & oris lutatis, 🜂e ad ſummum usque gradum aucto, impoſito etiam ſub finem ſupra 🝭am 🜂e arenæ s. ſuppreſſionis, portio quædam ☿ii revificati ut & butyri ♁ii impuri in recipientem tranſibit, in collo 🝭æ materies variorum colorum, ſicut in fundo

do ejus materia nigricans & fæces ♁iales, hærebit, ad initium vero colli 🝭æ maſſa compacta, dura, opaca, rubra, ſplendens ♎abitur, quæ 🝭a refrigerata & fracta, exemta, tritura loturaque purgata 🜓em ♁ii ſiſtit, repetita aliquoties utplurimum ♎one rectificanda, quo purior evadat & color ejus, ad nigricantem s. ♁ialem accedens, exaltetur ac rubicundus magis evadat, demum 🝆iſanda, ſiccanda & aſſervanda.

§. VII.

Luſtratis ſic breviſſime exterioribus trium 🜓is ſpecierum interiora quoque s. principia earundem rimanda veniunt, quo aſſerti noſtri veritas in apricum ponatur. 🜓is itaque Nativæ partes conſtitutivas quod attinet, illas ☿ium & 🜍 commune verum ardens eſſe vel ſola Analyſis Chemica quam manifeſtiſſime docet. Quod ſi enim 🜓is hæc cum 🜔e 🜿i, ♆a, Reg. ♁ii, aut Limat. ♂tis partibus anaticis vel majoribus remiſceatur & 🝭æ ferreæ, vel 🜃eæ, vel vitreæ loricatæ, vel vitreæ non loricatæ immittantur, 🜂e rite adminiſtrato in applicatum vas recipiens, 🜄 repletum, ☿ vivus deſtillabit, ex maſſa vero in 🝭 relicta, præſertim quando 🜔 🜿i adhibitum fuit, 🝆iſata in 🜄 cocta donec liquor rubicundus evadat, ſi huic filtrato inſtilletur 🜊, verum 🜍 ardens, ſub forma 🝆is gryſei aut albicantis, plane ut in præparatione Magiſterii 🜍is ♎abitur, à lixivio ſeparandum & exſiccandum *vid.* LEMERY *Cours de Chymie p. m.* 213. *ſeq.* Idem contingit ſi 🜓 noſtra cum lixivio ſaponariorum fortiore, cum ♆a, aut quod melius cum 🜔e 🜿i, in 🜄 ebulliat, tunc enim Hydragyrus ad fundum ſecedit, lixivio autem à ☿io

ſepa-

ſeparato ſi 🜊 infundatur, verum 🜍 ardens 🝙atur. 🜍 ſiquidem cum nominatis corporibus ⊖e 🜿i &c. facilius & lubentius iniens connubium, iis ſeſe prompte unit, derelicto priore ſuo marito ☿io, qui in priore caſu vi △ ſub forma vaporum in recipientem propulſus, ab ▽, in hoc contenta, condenſatur ſicque reviſicatur; in poſteriore vero caſu à 🜍e ſeparatus proprio pondere ad fundum cadit. Ex lixiviis inſtillato 🜊 🜍 🝙tur dum alcali cum +do coiens 🜍, quod antea ſolutum tenebat, relinquit ut hoc fundum petere cogatur. Ex quibus ſane liquet partes conſtitutivas 🜓 nat. eſſe ☿ium & 🜍, cum hæc duo Corpora analyſi Chemica inde eliciantur; niſi quis ea demum ſub ipſa operatione generari contra omnem rationem & Experientiam fingere velit. Quis enim unquam ex ⊖e 🜿i ☿ium & ex eodem cum 🜊 🜍 productum vidit? Ut itaque jam in 🜓e hac extitiſſe dicta duo Corpora neceſſario concludendum ſit; præſertim quum ſyntheſis Chemica manifeſte doceat, ex his duobus unitis, corpus 🜓i huic ſimile produci.

§. VIII.

🜓em factit. vulg. itidem ex ☿io & 🜍e compoſitam eſſe ejus præparatio, §. 5. tradita, clariſſime ob oculos ponit & Analyſis Chemica abunde confirmat. Quod ſi enim eandem methodo, §. 7. expoſita, cum ⊖e 🜿i, ♃a, Limat. ♂tis. vel Reg. ♁ii, &c. Tractemus, inde quoque ☿ium reſuſcitamus & 🜍 🝙amus, ut nullus amplius dubitationi locus ſit illam ex his duobus conſtare.

§. IX.

🜓em denique ♁ii ex ☿io quoque & 🜍e conflatam

tam eſſe prolixiorem quidem paulo demonſtrationem requirit, evidenter tamen ex ſyncriſi æque ac diacriſi probari poteſt. Etenim ex §. 6 conſtat ☿♎ato corros. & ♁io, deſcripta methodo adhibita, obtineri ſimul & Butyrum & 🜓 ♁ii. Jam vero ☿ ♎ corros: nihil aliud eſt quam ☿ +do ⊖is comm. concentrato armatus & corroſus; ♁ autem ex ſubſtantia metallica regulina & 🜍ea, intermixta arſenicali, conflatum eſt: quæ omnia facili negotio tam ex compoſitione, quam reſolutione horum corporum Chemica pluribusque experimentis probari poſſent, niſi anguſtia harum pagellarum labori huic ſuperſedere & potius dicta tanquam demonſtrata hic aſſumere juberet. In allegato itaque proceſſu prodit primo Butyrum ♁ii, ex ſubſtantia regulina ♁ii cum +do ⊖is comm. conjuncta & ab hoc corroſa ortum. +dum quippe ⊖is in ☿ ♎ato cum ☿io vivo unitum accedente regulina ♁ii ſubſtantia, cui lubentius ſeſe jungit, illum deſerit hancque invadit ac corrodit & cum eadem ſub forma 🝆i glacialis s. butyri vi △ in vas recipiens propellitur. ☿ vero, +do nunc privatus, cum 🜍ea ♁ii ſubſtantia, à regulina ſeparata & in retorta una cum ☿io relicta, ulteriore vi △ unitur & ♎atur in 🜓em ♁ii. Eluceſcunt hæc ex ſequentibus Experimentis. Nempe quum butyrum ♁ii etiam, & quidem purius & elegantius, ex ſolo Regulo ♁ii cum ☿♎ato, teſtibus LEMERY *Cours de Chymie p. m.* 341. *ſeqq.* & BOERHAAVIO *Elem. Chem. Tom. II. p.* 521. quin & cum alio ☿io vel corpore cui +dum ⊖is com̃. junctum eſt, uti ☿io d. Panacea ☿ali, ☿ ⫪ato albo, item ☾a, cum ▽ ⊖ſa ⫪ata, parari queat: Porro quum ex ☿io, ſic dicto, Vitæ, (potius mortis vel vitæ æternæ ſaltem) qui ex butyro ♁ii ⫪one cum ▽ fit, & quidem ex ejus ℨxi. Reg. ♁ii ℨx. fuſio-

 ne

ne in crucibulo, Experimento BOERHAAVII *l. c. p.* 523. acquirantur; & ex ▽ denique à 🜄one & edulcoratione reſidua, confirmante *Eodem l. c. p.* 524, inſpiſſationis ope, puriſſimus 🜔is comm. ♎ ſapore & effectu obtineatur, facile patet Butyrum ♁ii ex Regulina ♁ii ſubſtantia & +do 🜔is comm. componi. Relictis itaque in retorta, ex ☿ ≏ato, ☿ vivo, &, ex ♁io, 🜍e tantum, 🜓em ♁ii, quæ poſt Butyrum aſcendit & ≏atur etiam ex his ſolis, ☿io nempe & 🜍e unitis, produci ſponte ſequitur & Analogia cum 🜓e nat. & fact. vulg. nec non methodus illa, qua 🜓em ♁ii ex 🜍e ♁ii ☉ato, ſeparato à reliqua ♁ii ſubſtantia, vel cum ☿io vivo, vel ☿≏ato, vel ☿ d. referente NEUMANNO *Prælect. Chem. p.* 461. conficitur, abunde confirmat; quin & reſolutio hujus 🜓 Chemica, ſi eodem ac 🜓 nat. §. 5. allegato modo tractetur, optime in apricum ponit.

§. X.

Liquet itaque ex §. 7. 8. & 9. omnes 3 🜓is ſpecies ex iisdem partibus conſtitutivis, ☿io nimirum vivo & 🜍e conſtare. Objiciunt hic alii bene quidem hæc ſe habere, verum hæc ipſa principia 🜓um non plane ſimilia in omnibus tribus 🜓ibus, ſed diverſæ indolis exiſtere. ☿ii equidem diverſitati non adeo inſiſtunt, nec facile quoque eandem allegare poſſunt, cum ☿ ex 🜓e nat. revificatus ad reliquarum præparationem adhiberi & ☿ idem plane, nec in minutiſſimis etiam diverſus, ex omnibus 3 🜓ibus reſuſcitari ſoleat. 🜍is vero diſcrepantiam eo magis urgent, quo fortius in 🜓 nat. & ♁iali 🜍 quoddam purius ☉are, vel in poſteriori 🜍 🜖ol. anodynum, aut 🜍 🜔ibus corroſivis exaltatum, admixtasve particulas regulinas ſibi imaginantur.

§. XI.

§. XI.

Quam vane autem imo vaniſſime hæc dicantur & quam ficulneo nitantur fundamento ſequentia docebunt. Quod enim 🜍 ☉are concernit, illud ſane à nemine patronorum ſuorum adhucdum demonſtratum, ſed à ſanioribus & cordatioribus Chemicorum pro mero commento, in cerebro potius fingentium, quam in ipſa rerum natura exiſtente, jam diu agnitum fuit. Quidquid etiam ſit, undenam & quomodo hoc 🜍 peculiare ☉are in 🜓es perveniret? Forſan quia in mineris 🜓inis & ♁ialibus ☉ quandoque reperitur? quid tum! nec ☿ nec 🜍, ex quibus 🜓es conſtant, ☉ in ſua principia dirimunt & per conſequens 🜍 ☉are extrahere nequeunt. Nec etiam 🜓 aliquid ☉i ſecum elevare valet, niſi certa encheireſi cum Regulo ♁ii tractetur. Sed ubinam in mineris 🜓inis Regulus hic? Adſit quoque (uti in mineris ♁ialibus negari nequit) ſecumque rapiat quidpiam ex ☉o, ſane hoc non erit 🜍 ☉are ſeparatum, ſed ramenta tantum integri adhuc & genuini ☉i, judice Stahlio *Fund. Chem. P. I. p.* 106, quæ opifices, antequam 🜓es ad nos perveniunt, ſcite inde elicere norunt. Etſi etiam in iis relinquerentur hæc ramenta, idem certe eſſet ac ſi mediante tritura 🜓ibus omnibus admiſcerentur, quin imo 🜓i nat. & ♁iali præ vulgari nullam plane prærogativam conciliarent cum in C. H. non facile ſolverentur. Dein teſte Neumanno *l. c. p.* 1539. ex 🜓e nat., ſi ♎one uſui Medico adaptatur, quidem ſemper reſiduum quoddam relinquitur, nequaquam vero ſolidum metallum, multo minus ☉. Nonne igitur potius, miſſo hoc fictitio 🜍e ☉ari, ex analogia cum 🜓e fact. vulg. præſertim colligere licebit, 🜓em nat. ex ☿io & vero 🜍e

 com-

communi, quod in omnibus dictis mineris præſto eſt, in terræ viſceribus generari?

§. XII.

⊕i certe ♁ii 🜍 à communi haud diverſum ineſſe debet, cum 🜍 ♁ii à vulgari nullatenus differat, quod partim docet ♁ii reſolutio, qua mediante, juxta præſcriptas à Frid. Hoffmanno, *in Obſ. Phyſ. Chem. L. III. Obſ. II. p. m.* 246. *ſeqq.* methodos, genuinum & purum ♁ii 🜍 elicitur, quod, examini ſubjectum, omnes veri & genuini 🜍is vulgaris notas monſtrat; partim vero artificialis probat ♁ii compoſitio, dum ex Reg. ♁ii cum 🜍e communi verum ♁ium, licet purius vulgari, regeneratur. Nec morantur hic argumenta eorum, qui ex eo, quod ♁io ☉ optime purificetur & ejus color exaltetur, nec non quod ♁ æque ac ☉. ab 🜆. ſolvatur, concludere volunt ad præſentiam 🜍is ☉aris in ♁io. Optime enim ipſis reſpondet Neumannus *tr. de ♁io. p.* 280. purificationem hanc ☉is & coloris ejus exaltationem non dependere ab additione alicujus rei, 🜍is ſcilicet ☉aris ex ♁io, ſed à ſeparatione partium impurarum ab ☉o puro per ♁ium, & hanc purificationem quoque æque bene mediante 🜍e communi, in quo nullum 🜍 ☉are admittunt hujus protectores, perfici. Porro alia quoque corpora 🜍e ☉ari deſtituta, uti metalla reliqua, ♀, 🜃æ variæ &c. in 🜆. ſolvi. Ut itaque in ⊕e ♁ii 🜍 ☉are nullatenus ſupponi queat.

§. XIII.

Unico vero quaſi ictu imaginarium hoc 🜍 ☉are e ⊕e nat. æque ac ♁iali Experientia profligatur. 🜍a enim ex his ⊕ibus mediantibus ⊖ibus alcalinis, ♂te

🜊do

+do ⊕ol. &c. ſeparata, in qualitatibus ſenſibilibus & inſtitutis Experimentis easdem probas eademque phœnomena exhibent ac commune illud, ex quo ♁ fact. vulg. paratur, 🜍. Conveniunt nempe cum hoc colore, flamma, fumo, extractione, 🝏one, ≏one, confectione ♁ aliisque operationibus, vid. HOFFMANN. & STAHL. *l. c.*

§. XIV.

Idem cenſendum de putatitio illo 🜍e ⊕oli anodyno ▽o, quod in ♁em ♄ii ex +do 🜍eo ⊕oli, ☿ ≏ato adhærente, derivant. Siquidem in ☿ ≏ato +dum ⊕icum non deprehenditur, licet ⊕ ad ejus præparationem adhiberi ſoleat. Hoc namque fit non ut +dum ⊕icum mixtionem ingrediatur ☿ ≏ati ſed ſolummodo ut tanquam +dum gravius, dimiſſa ſua 🜃a metallica, penetret in 🜃am alcalicam ⊖is comm. hujusque +dum levius expellat, quod dein cum ☿io vivo conjunctum ☿≏atum conſtituit. Patet hoc ex eo, quod ☿ ≏ etiam ſine ⊕o parari poſſit, licet revera tunc non adeo albus, nec adeo fortis ſit, quia +dum ⊖is comm. ob defectum +di gravioris ⊕ici, non tam bene, nec tam copioſe a 🜃a ſua liberatur. Accedit & illud quod +dum ⊕icum non tam facile 🜃am ſuam metallicam relinquat, cum ☿io coiturum, præſertim in defectu △ ſufficientis, vel etiam ⊖is aut 🜃æ alcalicæ. Ut hac ratione in ☿ ≏to +dum ⊕icum, adeoque etiam 🜍 ⊕i anodynum, perperam ſupponatur, cum tali +do præſente affuſa ▽, aliqualis flavedo ☿ ≏ato conciliari deberet, uti fit in Turpetho minerali. Sane ſi quædam portio talis +di ☿ ≏o adhæret illa certe tam exigua eſt, ut vix ullam mereatur conſiderationem & ut plane inſenſibilis debeat

eſſe portio exoptati 🜍is ⊕i anodyni. Et quid opus eſt multis, quis exiſtentiam hujus 🜍is demonſtravit in ⊕o? Optime potius refutatur à STAHLIO *l. c. p.* 108. *ſeq.* qui hujus 🜍is patronis & quidem illis, qui verum 🜍 ardens quærunt in Ochra illa ex ſolutionibus ⊕i⩪ata experientiam opponit, aſſerens nihil omnino 🜍 inde ſperandum eſſe. Unde & iis, teſte JUNCKERO *Conſp. Chem. T. II. Tab. de ⊕o p.* 263, per jocum quaſi, experimentum ſuum 🜍ificum commendat & ſuadet ut loco ⊖is alcali Vi ſolos carbones adhibeant, quo ſic in copia 🜍 tale ardens ex ⊕o obtinere queant. Iis vero qui ſub nomine hujus 🜍is non 🜍 commune, ſed principium ſeu partem hujus s. 🜍 V, non ardens, non adeo △le, ſed tingens s. accreſcens deſignant, optat, ut illud non modo præparare, ſed & in ☉o aut in ☾o per accretionem combinare, & hoc utrumque in bona copia noverint, majus inde commodum prommittens, quam ſi omnis è ⊕o præcipitabilis ſubſtantia 🜍 comm. eſſet. Certe à præſentia partis ad præſentiam totius concludere nefas eſt.

§. XV.

Nec refutatione digna ſunt, quæ proferunt de 🜍e in ♁e ♁ii ⊖ibus corroſivis exaltato. Sane contra omnia principia Chemica & gratis hæc dicuntur. Quis enim ⊖ia +da, qualia corroſiva ſunt, 🜍 exaltare unquam dixerit? qui vel à primo ſaltem limine Chemiam ſalutavit, cum hæc ⊖ia potius figant ac deprimant 🜍. Et quis unquam vidit +dum ⊖is communis, promptius cum 🜍e, quam, vel ☿, vel Regulo ♁ii congredi, quod tamen fieri neceſſe eſſet ſi 🜍 ♁ii hoc in proceſſu ab eo exaltari deberet.

§. XVI.

§. XVI.

Qui 🝖em ♁ii 🝖i fact. vulg. præferunt ob partes regulinas ♁ii conjunctas ipſi neſciunt quid velint. Si enim 🝖 ♁ii pura eſt, qualis eſſe debet, tunc ex ſolo ☿io & 🜍e conſtare nullasque alias heterogeneas partes, adeoque nec regulinas, poſſidere ſicque per conſequens 🝖i fact. vulg. ſimillima eſſe debet. Si vero partibus talibus regulinis ſcatet, impura eſt & uſui medico minus apta, quum ob ipſas has partes regulinas, quibus arſenicalis ♁ii ſubſtantia potiſſimum adhæret, noxia evadat, ideoque 🝖i fact. vulg. non tantum non præferenda, ſed potius poſtponenda erit. conf. NEUMANN. *Tr. de ♁io. p.* 334.

§. XVII.

Demptis hac ratione 🝖i nat. & ♁iali 🜍e illo ☉ari, vel anodyno ⦶i, vel ⊖ibus corroſ. exaltato, vel denique partibus regulinis, ſolisque 🜍e comm. & ☿io ipſis relictis, incuſata quoque in 🝖e fact. vulg. malignitas & arſenicale venenum convenientibus antidotis erit debellandum. Hanc vero malignitatem & venenoſam arſenicalem indolem figmentis annumerandum eſſe nemo non, niſi præjudicio obcœcatus, facile nobiscum perſpiciet. Quis enim in 🜍e puro, vel floribus ejus & ☿io probe depurato, ex quibus ſolis hæc 🝖 conficitur, vel ſuſpicari ſolum aliquam malignitatem aut venenum poterit, qui duo hæc corpora ſeparatim innoxie & ſine omni plane effectu deleterio quotidie intra C. H. recipi videt. Sed forſan ex conjunctione horum duorum corporum malignitatem oriri, vel ſub operatione acquiri credunt adverſarii. Hoc ſi fieret certe in 🝖e nat. & ♁iali æque contingere deberet, cum hæ ex

conjun-

conjunctione eorundem corporum emergant & eandem etiam vel in naturæ vel artis laboratorio operationem ſuſtineant, adeoque & hanc malignitatem & venenum æque in iis ac in 🜓e vulg. & majori ſane jure forſan, arguere liceret. Quod Arſenicum rubrum & Minium, quæ à Venetis atque Batavis huic 🜓 admiſceri ſibi perſuadent quidam, attinet, hujus accuſationis fundamentum atque veritas à nemine hucusque rite probata eſt. Et ſi vel maxime fundata eſſet ſuſpicio nullam tamen ideo 🜓 nat. præ fact. vulg. mereretur prærogativam, cum teſtimonio Schulzii *l. c. p.* 70. *& prælect. ad Diſpenſ. Brand. p.* 62. 🜓em nat. à ſeplaſiariis & aromatariis Auripigmento rubro s. Sandaraca nativa adulterari, certius conſtet quam fact. Arſenico rubro vel Minio. Sit vero etiam, 🜓em fact. vulg. hoc modo mangoniſari, facilis adhuc erit huic malo medela, ſi modo quivis juratus ac conſcientioſus pharmacopœus, vel etiam Medicus medicamenta diſpenſans, eandem ex 🜍e & ☿io optime depuratis, debitis adhibitis encheireſibus, ipſe præparare velit, quo omnis mangonii ſuſpicio removeatur; aut ſi omnino vel à Batavis, vel à Venetis emere placeat, fruſta majora ſemper eligat; ſic certus eſſe poterit nullum admixtum eſſe Minium, quum hoc cum 🜓e haud facile ♎etur; vel ante diſpenſationem examini ſubjiciat, ut videat an Arſenico rubro &c. adulterata ſit nec ne.

§. XVIII.

Dicta hactenus, à §. 7 ad 17, ſufficienter, ni fallimur, probant partes conſtitutivas 🜓um, ☿ium atque 🜍, nullatenus diverſas, ſed easdem omnino ſibique ſimillimas eſſe in omnibus 3 🜓ibus expoſitis, puris ſaltem, quales pro uſu Medico eſſe oportet. Sicuti autem

autem eandem plane indolem obtinent in 🜔bus ☿ & 🜍, ita quoque eandem proportionem (quam Lemery juxta Cartheuſerum & hic ipſe 🜍is ad ☿ium circiter ut 1. ad 7. ponunt. vid. Cartheus. *Pharmacol. p.* 454.) ſervant imo ſervare debent. Docente enim Experientia eadem circiter quantitas ☿ii ex quavis 🜔e, juxta proceſſus §. 7 deſcriptos, reſuſcitatur & idem 🜍 in 3 🜔ibus eandem tantum, nec minorem, nec majorem, copiam ☿ii arripere & ligare poteſt.

§. XIX.

Confirmantur hæc omnia denique eo quod omnes 3 🜔es, puræ modo ſi ſint, gravitate, colore, odore, ſapore cunctisque qualitatibus ſenſibilibus inter ſe optime conveniant & extra C. H. in Experimentis Chemicis eadem plane phœnomena exhibeant. Prouti affirmant Stahlius, Hoffmannus, Neumannus *aliique non infimi ſubſellii Chemici.*

§. XX.

Quum itaque 3 🜔es ex iisdem plane principiis, & quidem in eadem proportione mixtis, conſtent, inſuper etiam in qualitatibus ſenſibilibus inter ſe conveniant eosdemque effectus extra C. H. edant; prona inde conſequentia fluit Easdem iisdem virtutibus præditas, eosdem quoque in C. H. effectus exerere debere. Quod & Experientia Practica frequens valde plurimorum maximi nominis Medicorum uberrime comprobat. Et ipſe Diſſertationis hujus Præſes,

propria

propria per plures retro annos edoctus experientia, aſſeverare poteſt, quippe qui in ⚵e temperante & antiſpasmodico, quem ad uſum domeſticum pro ſe ſuisque parare hactenus ſoluit, ⊕em fact. vulg. à ſe ipſo in Collegiis ſuis Chemicis præparatam, cum æque bono & felici ſucceſſu ac ſine ullo ſanitatis ne minimo etiam detrimento adhibuit.

§. XXI.

Summa ergo injuria inſonti ⊕i fact. vulg. malignitatis quandam notam inuri & eandem ex uſu Medico & Pharmacopoliis proſcribi; potius eandem nativæ æque ac ♁iali, quoad uſum Medicum aliosque, ſummo jure comparandam eſſe quivis ſincerus rerum æſtimator nobiscum ultro perſpiciet.

§. XXII.

Demonſtrato ſic primo aſſerti noſtri membro, ⊕em nimirum fact. vulg. ⊕i nat. æque ac ♁iali eſſe æquiparandam, ſupereſt ut alterum quoque, nempe illam his præferendam eſſe probemus, quod facili negotio ſequentibus argumentis fieri poſſe autumamus.

§. XXIII.

I°. enim ⊕ fact. vulg. uti §. 5 docet, methodo ſimplici admodum, facili & compendioſa, pauco quoque temporis ſpatio ubivis elaboratur, dum totus proceſſus ſola ☿ii & 🜍is comm. depuratorum, quæ facillime ubivis haberi poſſunt, commixtione

mixtione ſicque confectione Æthiopis mineralis, & hujus ♎one unica utplurimum, interdum ſemel repetita, ſubſequente tritura, lotura & exſiccatione intra paucas horas abſolvitur. E contrario vero 🜍 nat. ut uſui medico apta evadat, ſæpius repetitis ♎onibus, lotionibus & exſiccationibus ab impuritatibus & recrementis metallicis adhærentibus liberanda eſt, quod haud adeo brevi tempore, nec ſine tædio perficitur. Ad 🜍is autem ♁ii præparationem, vi §. 6, requiritur præter ♁, quod non ubique locorum bonum ſemper deprehenditur, prolixa valde imo periculoſa operatione conficiendus, ☿ ♎, niſi quis illum ab aromatariis emere velit, ubi tamen de genuina ejus elaboratione & bonitate certus eſſe nequit; porro horum 2 corporum, periculo ob aſſurgentes vapores non vacans, commixtio, dein ſub ipſa operatione eorundem primo reſolutio & ſecundo partium reſolutarum nova coadunatio, quo Butyrum & demum, poſt inſignem moram, 🜍 prodeant, quæ tandem pluries repetitis ♎onibus, addito non raro 🜔e comm. pluribus itidem trituris, lotionibus & exſiccationibus ab heterogeneitatibus purganda & in colore exaltanda eſt. Ut taceamus mutationem receptaculi, liquationem butyri ♁ii mediantibus carbonibus candentibus caute applicandis, nec non △em, ut vocant, ſuppreſſionis, quæ omnia multa opera atque tempore egent. Quin quod, niſi cum provida cura & patientia totus adornetur proceſſus, exhalantes, vario modo & tempore operationis, vapores corroſivi operatori inſignem noxam inferre & vaſa etiam facillime cum damno disrumpi poſſunt. Ut itaque non niſi prolixo, difficili,

 tædio-

tædioſo, nec non periculoſo labore & inſigni temporis jactura hæc 🜓 ♁ii obtineatur.

§. XXIV.

Permodicis II^do & vilibus ſumptibus 🜓 fact. vulg. conficitur, cum 🜓 ♁ii quintuplo & Nat. octuplo pretio veniat. Siquidem ad illius præparationem ☿ & 🜍 vulg. parvo impendio comparanda, minor vaſorum apparatus pauciorque △ adhibentur. Ad 🜓 autem ♁ii confectionem pretioſum ♁, pretioſus itidem ☿🝞, major inſtrumentorum apparatus, plura vaſa, vel ſtudio diffringenda, vel ſub operatione facile rumpenda, fortior denique & diuturnior △ hincque major pabuli ejus quantitas, adeoque & notabiliter majores ſumptus expoſcuntur. Sicuti quoque 🜓 nat. quia multo labore & ſumptibus è 🜃a eruenda, inque alias regiones, valde diſſitas quandoque eſt transvehenda, pluribus repetitis 🝞onibus ad uſum Medicum adaptanda, & ideo multo △ pabulo multisque vaſis opus habet, eapropter, ut &, quod ſub inſtitutis 🝞onibus multum de pondere eidem decedat, forſan etiam ob imaginarium 🜍 ⊙are, carior multo exiſtit.

§. XXV.

Porro III^tio 🜓 fact. vulg. colore admodum hilari & eleganti ſuperbit, quum Nat. & præſertim ♁ialis triſtiore utplurimum & obſcuriore facie incedant. Unde & illa magis præ his à pictoribus & ſimili-

ſimilibus, nec non mulierculis, fucum amantibus, ad opera ſua expetitur.

§. XXVI.

Faciliori IVto negotio & certius cognoſcere poſſumus proportionem ingredientium in ♁e fact. quam in reliquis. Nota quippe eſt quantitas ☿ii ut & 🜍is, ad compoſitionem illius adhibitorum, & detecta ſolummodo per revificationem ☿ii quantitate illico ad illam 🜍is concludere poſſumus, nec opus habemus 🝖one ejusdem. Equidem ſi reſolutionem reliquarum ♁um, modo §. 7 tradito, inſtituamus: ☿ium quidem reſuſcitamus & ejus quantitatem cognoſcimus, ſed ad proportionem 🜍is non ſtatim valet concluſio, ob heterogeneitates illis, prouti utplurimum proſtant, adhuc permixtas, adeoque & alteram operationem, nempe 🝖onem 🜍 ex lixiviis ſuſcipere oportet. Accedit & illud, quod, licet hac ratione aliquam ♁ nat. portionem recludamus, tamen nondum adeo certi eſſe poſſimus de proportione ingredientium, cum differentes ſint portiones illius, etiam ex una eademque minera deſumtæ, ita ut alia majorem alia minorem quantitatem ☿ii præbeat, niſi repetitis ♎onibus ad perfectam puritatem evecta fuerit, quod vero in officinis Pharmaceuticis non ſemper ſperare licet.

§. XXVII.

Vto ♁ fact. majori puritate præ cæteris ſeſe commendat. ♁i namque nat. vix non ſemper adhuc multa recrementa 🜄eo metallica, ut & partes ⊖icæ & arſenicales adhærent, etiamſi pluribus lotionibus

 depu-

depurata fuerit, ita ut aliquoties nauſeas, vomitiones & anxietates præcordiorum excitaſſe eandem obſervaverit GEOFFROY *Tr. de Mat. Med. T, I. p. 26.* Et quidem hæ impuritates difficulter, reiterata quoque ♎one, inde ſeparantur. Aſſerente etenim ZIMMERMANNO *in Annotat. ad Neumanni prælect. Chem. p.* 1541, in ſæpius repititis ♎onibus ſemper aliquid 🜃æ∇æ relinquitur. 🜓em vero ♁ii in officinis plerumque impuram partibusque regulinis & arſenicalibus aut 🜍e nimio & ſuperfluo ſcatentem deprehendi vel ſolus ejus color, qui non aliunde, quam à nominatis particulis dependere poteſt, loquitur. Noto autem notius eſt regulinæ ♁ii parti, etiam poſt ſeparationem ex ♁io plurimum arſenicalis ſubſtantiæ jungi, quod ejus effectus violentus emeticus comprobat. Sic pariter conſtat ipſum 🜍 ♁ii, quod 🜓em hanc ex parte conſtituit, arſenicalibus partibus non omnimodo deſtitui, teſte 🜍e ☉ato ♁ii, emetico quoque ſat valido. Imo probabile admodum eſt 🜍i, in 🜓e ♁ii contento, majorem adhuc partium arſenicalium quantitatem ineſſe, quam 🜍i ☉ato ♁ii. Siquidem in proceſſu, quo hoc obtinetur, detonatione inſignis dictarum partium copia una cum 🜍eis expellitur, quæ in elaboratione 🜓 ♁ii, ubi detonatio hæc nullum habet locum, magis retinentur. Porro nec ſilentio omnino prætereundæ ſunt particulæ +dæ 🜔is comm. imo & portiunculæ butyri ♁ialis, quæ una cum 🜓e elevari & ei adhærere facile, ſicque noxiam ipſi & corroſivam indolem quadantenus conciliare valent. Equidem, debitis adhibitis cautelis, repetitis ♎onibus vel ſolitariis, vel cum novo ☿io vivo, aut ☿ ♎ato, aut cum abſorbente quodam 🜃eo, ab hiſce partibus ſuperfluis & noxiis liberari, aſt notante NEUMANNO

Tr.

Tr. de ♁io p. 334. rariſſime & nonniſi multo majori labore & artificiis ad illam puritatem elegantiamque ac 🝔 fact. evehi poteſt. Et dolendum ſane, non omnem ſemper impendi curam in præparatione, ita ut ſæpenumero 🝔 hæc ♁ii minus pura & elegans offendatur. Confirmat hoc ſane autopſia & Experientia practica, quippe ex obſervatione Lemery *l. c. p.* 450 in paulo largiore doſi exhibita nauſeas excitat. Quæ impuritas cum inde reſultante noxia qualitate in 🝔e fact. ne ſuſpicanda quidem eſt, utpote quæ ex puriſſimo ☿io & puriſſimo quoque 🜍e, quibus nihil peregrini nihilque noxii ineſſe poteſt, conficitur & ex qua etiam dicta corpora puriſſima reſuſcitantur.

§. XXVIII.

Denique VIto ex hac 🝔is fact. eminente puritate, comparata cum reliquarum impuritate & inde dependente noxia indole, certioreque ingredientium illis proportione ſponte fluit tutior illius uſus præ his, quin tandem major elegantia coloris coccinei & ſplendentis uſum ejusdem, ut & Medicamentorum, quibus miſcetur, majorem gratiam iis conciliando, jucundiorem reddit.

§. XXIX.

His ita ſeſe habentibus, jure meritoque 🝔em Fact. Vulg. non modo ab omni malignæ venenoſæque indolis crimine ac ſuſpicione abſolvere, ſed & Eandem 🝔i Nat. ut & ♁iali pro uſibus medicis aliisque non tam æquiparandam, quam potius multis

multis paraſangis præferendam eſſe audacter aſſerere, quin & illatam Illi injuriam in Has retorquere, nulli plane hæſitamus. Idque eo minus, quum in hanc ſententiam ire videamus Saniores & Summos in Arte Apollinea Viros, inter quos vel STAHLIUM, HOFFMANNUM, LEMERY, GEOFFROY, NEUMANNUM, JUNCKERUM, CARLIUM, SCHULZIUM, CARTHEUSERUM, nominaſſe ſufficiat. Fugite itaque vos ♁es, nativa & ♁ialis ex uſu Medico & Pharmacopoliis & injuſte ereptam hactenus palmam cum victoria ♁i Fact. Vulg. concedite

TANTUM.

SOLI DEO GLORIA.

5083